



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exemplorum Libri Tres

Liber Secundus, Siue Exempla, In Septem Capitalium Vitiarum
Detestationem, Per Quadragesimam, Anno M. DC. XLVI. narrata

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 2. Historiæ author.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48186](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48186)

plum præſtaretur. Ibi inter vtrumque magna orta eſt contentio, vter petitionem faceret. Nolebat petere *Inuidus*, ne alter plus obtineret; nolebat *Auarus*, vt ipſi duplum obtingeret. diu ea lis tenuit; diu contentioſum inter ſeſe fumen traxerunt. Denique pertinacior fuit *Auarus*, malitioſior *Inuidus*: nam quia nullo pacto induci potuit *Auarus*, quidquam ſibi vt peteret ne minus peteret; *Inuidus*, ne alteri plus concederet, vnum erui ſibi radicitus oculum petijt, vt auarus ambos amitteret. Ita & ipſe malum ſibi creauit, & alterum damno multauit geminato.

II.
HISTORIAR
AUTHOR.

Ne quis hanc fabulam, ſupra verum, confictam eſſe exiſtimet, hodie hiftoriam dabo longè truculentiorẽ. Et hiftoriam de mirabilioribus vnam, ſatiſque teſtata. Auctor enim illius eſt oculatus teſtis Ludouicus Romanus in libro Hodæporico de Perſia cap. 2. & 3. qui iter ſumm inijt An. Chriſti 1503. vt ipſe indicat, lib. 1. de Arabia c. 1. in patriam redijt An 1509. vt videre eſt in lib. 3. c. 42. & 44. Ob res in India bene geſtas, equeſtri eſt dignitate ornatus. vt ſcribit lib. 3. de India. c. 41. Editus eſt autem liber iſte Hodæporicus Auguſtæ An. M. D. XVIII. Hic igitur Author, lib. de Perſia cap. 2. deſcribit inſignem eius regionis ciuitatem *Ormus* dictam, quæ magnitudine ambitus, multitudine populi, opum affluentia, pretioſa illa margaritarum piſcatione nobiliſſima eſt; in portu eius ſemper trecentæ & ampliùs variorum mercatorum naues reperiuntur, quæ illuc è varijs regnis appellunt. Soldanus autem huius vrbiſ & inſulæ eſt Machometanus.

VII.
SOLDANI FE-
LICITAS, ET
INFELICITAS
A FILIIS.

Postquam locum deſcripſit Ludouicus iſte Romanus, cap. 3. teſtatur, talem, ſe inibi locorum verſante, & magnam partem ſpectante, tragædiam incidiffe. Soldanus multis titulis felix, valetudine admodum bona, viribus Hercules, diuitijs Croeſus, delitijs Sardana- palus poterat haberi; veſtitu autem gemmatus pauo. Acceſſit ſuper omnia vxor fœcunda; liberi vndecim, *ſpes tanta neporum*; & erant maſculi omnes. Sed, vt nihil, in terris, omni parte beatum eſt, ita filius natu minimus illi ſpina fuit. Tanta enim videbatur eſſe ſimplicitate, vt ab omnibus paſſim pro fatuo haberetur. Hunc pater non dignabatur aſpicere; hunc mater nouercali odio perſequebatur; hunc fratres vbique ludos faciebant; hunc ipſi vernæ deſpectui habebant. Quanquam ignarus pater, aliunde ſibi impendens multò